

Gospel for the Second Sunday After Easter

Tonus ad líbitum

D


Ominus vobíscum. R. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R. Glóri-a tibi Dómine.

I

-n illo témpore: Dixit Jesus pharisæ-is: Ego sum pastor bonus. Bonus




pastor ánimam su-am dat pro óvibus su-is. Mercenári-us autem, et qui



non est pastor, cuius non sunt oves própri-æ, videt lupum veni-éntem, et




dimíttit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercenári-us au-




tem fugit, qui-a mercenári-us est, et non pértinet ad e-um de ó-vibus. Ego




sum pastor bonus: et cognósco me-as, et cognóscunt me me-æ. Sicut novit



me Pater, et ego agnósco Patrem: et ánimam me-am pono pro óvibus me-



is. Et á-li-as oves hábe-o, quæ non sunt ex hoc oví-li: et illas opórtet me



addúcere, et vocem me-am áudi-ent, et fi-et unum oví-le, et unus pastor.